Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26471
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sunt benignitas q̃ ostendit in reddendo sed
retribuendo beneficium ita proprium et naturas
aut huic inducit et officio eius sic pertinet. Tullius
q̃ ad duo genera liberalitatis sunt. Unum dare
beneficium alteri non retribuere. Alterum dare veliq
beneficium nec ne in meo arbitrio esse. Non
reddere non vel retribuere beneficium bono vir non
licet et minime in hoc. Tullius q̃ iste liberalitas
q̃ ostendit in dando beneficio est mere voluntaria
pretius non benignitate que ostendit in retribuendo
beneficium est magis q̃ ex proprio pro beneficio
ad retribuentem obligatus sumus. Unde non retribuere
non est honestum ac p hoc retribuere est magis
ad honestate et pp hoc dicit. Tullius q̃ nullius
officium referenda gratia magis est magis

De tribus cautelis dandi et retribuendi beneficium

Sunt autem in dando beneficio tria sunt
maxime attendenda. Primum ut plus illi
demus cui plus tenemur sicut non ei qui
plus diligimus sed a quo plus diligimur
sicut ei qui magis indiget ut talis sit et
in reddendo beneficio tres sunt cautele. Prima
est ut ei a quo plus accipis plus reddamus
secunda ut ei qui melior et liberalior mente dedit
liberius et liberalius restituamus. Tertia ut
ei qui plus retribuentem indiget plus et magis
retribuamus. Primum istorum est de virtute
equanimitatis. Secundum est de virtute ingenuitatis
sed tertium est de virtute discretionis
ut non manus vel numerus sed mores et animus dantis
pondere. Multi enim dant beneficia magis
temeritate et facilitate quam vel liberalitate. Sed